

Rome, 18 octob. 1614. Bellarmin à l'évêque de Chalced.

1484  
3984

/ Admodum Illustris, et Reverendissime Domine. Literae tuae spirant modestiam, benevolentiam, eruditionem, peritiam linguarum, et omnem humanitatem. Quare si te antehac dilexi, ob magnorum virorum commendationem, nunc multo magis diligam ob multa Dei dona, quae affluenter in te collata esse cognovi. Tu interim ita te geras in hac spirituali pugna adversus lupos infernales, et in custodia gregis tibi, et parenti tuo, viro optimo, ac in episcopatu collegae demandata, ut quotidie magis ac magis in te data optima, et dona perfecta à Patre luminum augeantur. Ego vero memor amicitiae nostrae diligenter curabo, si quid nomine vestro mihi commissum, aut commendatum fuerit. Deus te, Reverendissime Praesul, incolumem servet, ~~memor~~ memorum in sanctis orationibus tuis. Romae die 18 Octobris 1614.

Admodum ill/ris et R/mae Dom. V.

Uti frater ad omnia obsequia paratissimus.

15 (adresse):

Admodum ill/ri ac R/mo D. D. Episcopo Chalcedonensi  
Coadjutōri Grationopolitano  
Lugdunum.

---

Arch.Vatic.Mss.Gesuit. 18 fol.39. Brouillon autogr.